

propter nuncii frequentiam non scribo, sed facta coronacione sua omnia, que intervenerunt, dominacioni vestre seriosus scribere curabo. Datum Rome nono aprilis.

Servitor vester Cristoforus de P^{ma}centia, in curia procurator.

[In verso:]

Mag^{co} potenti d^{no} suo d^{no} Ludovico de Gonzaga, d^{no} Mantue.

Orig. a Mantova, Archivio Gonzaga, E. XXV. 3, fasc. 1.

11. Cristoforo di Piacenza a Ludovico II de Gonzaga, signore di Mantova.¹

Roma, 12 aprile [1378].

Mag^{co} d^{no} mi, recommendacione premissa. Significo dominacioni vestre, quod postquam vobis scripseram die nona presentis mensis, quod habebamus papam Italicum,² eadem die circa vigesimam secundam horam illius diei domini cardinales dederunt sibi nomen, et vocatur Urbanus sextus, nam primo vocabatur Bartholomaeus et eadem [sic!] archiepiscopus Barensis, regens cancellariam domini pape loco domini cardinalis Pamplonensis,³ qui vicecancellarius est; et bene credo, quod habetis⁴ papam, qui vos diligit, et reddo me certum, quod ecclesia sancta Dei bene gubernabitur, et audeo dicere quod sunt C anni et ultra ex quibus ecclesia sancta Dei non habuit similem pastorem.⁵ Nam iste non habet attinentes, et est multum amicus domine regine,⁶ expertus in agilibus mundi, sagax et prudens et firmiter in die pasce coronabitur in sancto Petro⁷ et equitabit per terram usque ad sanctum Iohannem de Laterano et ibi pernoctabit,⁸ nam Romani omnes indifferenter summe

¹ Cfr. sopra p. 125.

² La nazionalità italiana del nuovo papa è subito rilevata più volte anche da COLUCCIO SALUTATO. Cfr. le lettere del 29 aprile e 6 maggio nell'ed. del RIGACCIO II, 161 e 167. «Considerantes», si legge nella prima «divina» providentiam ordinasse, quod in apostolica sede surrexerit vir iustus et sanguine Italice nullatenus alienus» ecc. Cfr. ora anche la lettera 14 aprile 1378 del cardinale Corsini in GAYET II, 64^a-65^a.

³ Pierre de Montécuc, cardinale sotto Innocenzo VI, † 1385. CROCIUS II, 534-535.

⁴ SEMER loc. cit. legge quo habetur.

⁵ Cfr. sopra p. 127. Che Cristoforo non fosse l'unico, che legasse grandi speranze al nuovo papa, è dimostrato dal passo che RAYNALD 1378, n. 15 riporta da un manoscritto dell'archivio segreto pontificio (Fo. 4 de schism., p. 80):

⁶ Giovanni di Napoli.

⁷ Qui ebbe luogo il 18 aprile l'incoronazione (cfr. NIEM I, 3), non «in ecclesia s. Iohannis Lateranensis», come il passo stampato in DOLLINGER, Beiträge III, 359, dal Cod. lat. Monac. 158. L'incoronazione avvenne «in capite scalarum s. Petri»; cfr. GAYET II, 395.

⁸ Cfr. in proposito PHILLIPS V 2, 897 s.